m ¶ De grada· ꝓpter inobedienti= am·alius ordo tra ditur·ex̃ de iudi·cũ nõ ab hõie·ſed ibi loquitur cũ pena incipit a crimĩe ⁊ cũ directe eſt ↄui ctus·ħ penã infli= git ꝓpter ↄtuma ciam·
T Res pſonas

ſꝫ clamando exibat inde·hoc ẽ exire inđ· hoc eſt immũdũ non tãgere·et voluntate nõ ↄſentire ⁊ ore nõ par cere· ¶ Itẽ in epl̃a ad vincentiũ·

Non maculãt innocentes facta nocentium

Q Vam magnũ crimẽ eſt ab iſtoꝝ innocẽtum ↄũio ne ſepari·nam etiã fcã nocentiuꝫ q̃ innocẽtibꝫ demõſtrari vel ab inno= cẽtibꝫ credi nõ pñt nõ coinquinãt· quãq̃ ſi ꝓpter innocẽtes etiam co gnita ſuſtinẽtur·Nõ eñ ꝓpẽ maloſ boni ſũt deſerẽdi·ſꝫ ꝓpter bonos ma li tolerãdi ſũt·ſicut tolerauerũt eos ꝓphete ↄtra quos tãta dicebãt·nec ↄũionem ſacroꝝ illius ppl̃i relinque bãt·ſicut ipe dñs nocentem iudã uſ qꝫ ad ↄdignũ eius exitum tolerauit et eũ ſacrã cenã cũ innocẽtibꝫ ↄmu nicare pmiſit ſicut tolerauerũt apl̃i eos qui p inuidiaꝫ q̃ ipſius diaboli viciũ eſt xp̃m annũciabãt· ¶ Idem li·primo de vnico baptiſmo·

Mali quos eccl̃ia recipit nec expellit a bonis ſũt tolerãdi non iudicandi

E Dite in pp̃lo dei ſtat iuxta te auarus raptor inhiãs rebus alienis quẽ noſti talẽ ⁊ fidelis eſt vel potius fidelis vocatur·non eũ potes de eccl̃ia pellere·nõ habes aliquem a ditũ caſtigãdo ⁊ corripiẽdo illũ cor rigẽ·acceſſurus ẽ tecũ ad altaẽ· no li timere·vnuſquiſqꝫ onus ſuum por tabit·Itẽ quomõ inquis ferrẽ quẽ noui malũ·nõne melius ipm̃ ferres q̃ꝫ te foras efferres·Ecce quõ fereſ attende apl̃m dicentem·vnuſquiſqꝫ onus ſuũ portabit·libẽt te iſta ſen= tentia nõ eñ ↄũicares cũ illo aua= ricia·ſꝫ ſi ↄũicares xp̃i mẽſam·et q̃đ tibi obeſſet ſi ↄmũicares xp̃i mẽſam cũ illo·apl̃s dicit·q̃ eñ mãducat et bibit indigne iudicium ſibi mandu= cat et tibi·ſibi non tibi·Sane ſi iu= dex es·ſi ptãtem iudicandi accepiſti eccl̃iaſtica regula·ſi apud te accuſa tur·ſi veris documẽtis teſtibuſqꝫ cõ uicitur·coherce·corripe·excõmũica degrada· ¶ Eſt ⁊ alia diſtinctõ to lerãdoꝝ et cauendoꝝ·quã ex verbis auguſtini licet colligere dicentis·

Paſtor ẽ diligendus·mercenari⁹ ẽ tolerãdus·latro cauendus·

T Res pſonas dixit dñs et debe mus illas inueſtigare in euangelio paſtoris et mercennarij ⁊ furis·pa= ſtorẽ dixit aĩam ſuã ponẽ ꝓ ouibus ſuis et intrare p ianuã·furẽ dixit ⁊ latronẽ aſcendẽ p aliã ptẽ· mercen nariũ dixit lupũ vel etiã furẽ ſi vide at fugẽ·qr illi nõ ẽ cura de ouibus· mercẽnarius ẽ aũt et nõ paſtor·ille intrat p ianuã qui paſtor ẽ·ille aſcẽ dit p aliã ptẽ qui fur eſt·ille videns eos qui volũt tollẽ oues timet et fu git qr mercẽnarius ẽ nec ẽ illi cura de ouibꝫ mercẽnarius eſt enim Si i uenerimus tres iſtas perſonas·inue nit ſctitas veſtra quos diligatis q̃s toleretis quos caueatis·Diligẽd⁹ eſt paſtor·tolerãdus eſt mercenari us cauend⁹ ẽ latro· ¶ Ecce ꝙ mali tolerãdi ſũt·nec corpali ſꝫ ſpũali vi dicta ſũt puniendi·vñ cũ diſcipl̃i nõ recepti eſſent a ſamaritanis ignem ſup eos celitus deducẽ voluerũt·di centes magiſtro vis dicam⁹ ut de= ſcẽdat ignis đ celo ⁊ ↄſũat eos au dierũt·neſcitis cui⁹ ſpũs eſtis·Itẽ oĩs q̃ gladium accepit gladio pe= ribit· ¶ Hic ec iero·ait·

Spũalis carnalez nunq̃ꝫ pſeq̃tur ſed econũſo

Q Vi ꝫm carnem natus ẽ pſeq̃t ſpũalem·nunq̃ꝫ vero ſpũalis carnalez pſeq̃tur·ſꝫ ignoſcit ei qua= ſi ruſticano fratri·ſcit eũ poſſe pficẽ p temp⁹ ⁊ ſi qñ egiptie filiũ viderit iraſcentez recordabitur vnius pr̃is qui boues creauit ⁊ culicem et i ma gna domo nõ ſolũ eſſe vaſa aurea ⁊ argentea·ſꝫ ⁊ lignea ⁊ fictilia volu= it· ¶ Itez aug·in libro đ baptiſmo

Boni a malis nunq̃ꝫ in hac vita pe nitus poſſunt ſeparari

Q Vantus arrogãtie tumor eſt quãta hũilitatis ⁊ lenitatis obliuio et arrogãtie quãta iactatio· ut q̃s ſe poſſe facẽ credat qđ nec apl̃is cõ= ceſſit dñs·ut zizania vicꝫ a frumẽto putet ſe poſſe diſcẽnere· ¶ Itez gre·

Pñs eccl̃ia ſil' recipit bonos ⁊ malos

H Ec aũt vita q̃ iter celũ ⁊ ifer nũ ſita eſt ſic i medio ſubſiſtit ita utraqꝫ ptiũ ciues ↄũiter recipit· quos tñ ſcã eccl̃ia indiſcrete ſuſcipit et poſtmodũ in egreſſione diſcernet ſi ergo boni eſtis in hac vita q̃ꝫ diu ſbſiſtitis eq̃nimiter tolerate malos nam quiſquis malos nõ tolerat ipe ſibi p intolerantiã teſtis eſt qr bon⁹ nõ eſt·Abel enim eſſe renuit quem cain malicia nõ exercet· ¶ Ex hijs omnibꝫ colligit̃·ꝙ maloꝝ vindicta reſeruãda ẽ deo·nec corpaliter ſũt puniendi·ſꝫ crebra ammonicõne ⁊ caritatis bñficõ ad correctõꝫ inui= tãdi·Vñ xp̃us in euangelio ait·au= diſtis qr dictuꝫ eſt antiquis in lege queãdmodũ ultionis lex ſtatuit o= culũ ꝓ oclo dentem ꝓ dente·ego aũt hãc viciſſitudinez tollens ⁊ ad man ſuetudinẽ ⁊ caritatis pfectõꝫ vos in uitãs dico vobis·nolite reſiſtẽ malo ſed diligite inimicos vr̃os·bñfacite

et intrare·ſecũdũ canones ħ ipo eſt aliq̃s fur ꝙ non in trat p hoſtiũ ut ħ et de pe·di·i·ſi ꝓ tea·⁊·c·ſeq̃nti·ſe cũdũ legẽ ñ ẽ ſta tim fur·lꝫ claꝫ fu rãdi cã intrauerit ut·ff·de fur·vul= garis·§·qui furti·
o ¶ Per ianuã·id ẽ canõicã electõez
p ¶ Latronẽ·id ẽ tirannum·
q ¶ Partem·p ſi= moniam·
r ¶ Mercenariũ· q̃ cã ucri recipit dignitãtẽ·ad ħ fa cit·vi·j·q·i·ſiũt in eccl̃ia·
s ¶ Cauẽdus·ar· ꝙ aliquis nõ debꝫ recipe ordinez ab eo quẽ ſcit ſimo= niacũ ut dixi·i·q· ·i·ſi q̃s a ſimoiacis
Q Vi ſecũdum carnem·ſ·iſ mahel·tãgit id ꝙ legitur i epiſtola pauli ad gal'·
x ¶ Spiritualem· iſaac·
y ¶ Ruſticano ar· ruſticitati pcẽduz ut·ij·q·vij·ſacta
z ¶ Egiptie·ſ·agã
3 ¶ Boueſ·i·bonoſ
a ¶ Et culices·id ẽ malos·
b ¶ In domo·id eſt in eccleſia·
c ¶ Aurea·id eſt bonos·
d ¶ Sed ⁊ lignea id eſt malos
Q Vãtus dñs· cũ dixit ſinite u= qꝫ creſcẽ ut·xi·q· ·iij·nolite·
f ¶ Vt zizania·id eſt occultos·
H Ec aũt que inter celũ·ħ viđ: qđ infernus ſit ſub terra in eo loco ubi null⁹ ſplẽ dor ſolis puenire pt·et padiſus in celo ſit·tñ aug·di cit ſe dubitare ubi aĩe defunctoꝝ qui eſcãt·xiij·q·ij·tpſ vel non appellat' ħ mediũ rõe loci ſed ideo dr̃ mediũ qr ptim ↄformat ſe celo·ſ·ex eo ꝙ habꝫ bonos·ptim inferno ſcꝫ ex eo ꝙ hꝫ malos·ij·q· ·i·mulier·
h ¶ Et indiſcrete· id eſt indiſtincte·
i ¶ Sibi·id ẽ ↄ̃ ſe
k ¶ Abel eñ·ħ ex poſitũ ẽ·s·vij·q·i ·§·cũ autem·

hijs qui oderūt vos ut ſitis filij pa-
tris vr̄i qui in celis eſt qui ſolē ſuū
facit oriri ſup bonos et malos ⁊ plu
it ſup iuſtos ⁊ iniuſtos· Hinc pau-
lus ait ſi eſurierit inimicus tuus ci-
ba illū ſi ſitit potū da illi· Omis aūt
iniquus bonoꝝ eſt inimicus· omnis
autē amicus huius ſeculi inimicus
eſt dei· Inimicus aūt dei ē bonitatiſ
⁊ iuſticie inimicus· ac p h̄ amatorē
iuſticie et bonitatis diligē n̄ pt̄· Cū
ergo inimicos diligē· illis bn̄facere
cibū ⁊ potū illis ſubminiſtrare iube
mur· iniquos pſequi et punire ꝓhi-
bemur· In lege eīn veteris teſtamē
ti corpalis pena ſtatuta ē· In lege
vero euāgelij omi peccāti p peniten
tia venia ꝓmittitur· Vnde illa a ter
rore incipit dicēs· ego ſū deus zelo
tes viſitans pc̄ta patrū in filios vſ
qꝫ in terciā ⁊ quartā gn̄ationē h̄ ve
ro a lenitate māſuetudinis et miſe-
ricordie ita inquiens· bt̄i pauperes
ſpū· beati mites· bt̄i miſicordes qm̄
ipi miſcdiam ꝯſequētur· In illa di-
cebatur qui fecēit hoc vel illud mor
te moriatur· in iſta dicitur· gaudeo
ſup vno pectore penitentiā agente
quam ſuper nonagintanouē iuſtis
qui non indigent penitentia· Item
nō veni vocare iuſtos ſed pc̄tores·
Itē eſtote miſicordes ſicut ⁊ pater
vr̄ celeſtis miſericors eſt· Iniciū qꝫ
p̄dicacōis ſaluatoris nr̄i et p̄conis
eiuſdē pc̄tores ad penitentiā inuita
uit· ſic eīn uterqꝫ exorſus ē peniten
tiā agite appropinq̄bit eīn regnū
celoꝝ· Sic ⁊ in actibꝫ apl̄oꝝ cū iu
dei ꝯpūcti de ſcelē mortis xp̄i dice-
rēt petro· q̄d faciemus viri fr̄es· le
giē petrus hijs rn̄diſſe· peītentiā a-
gite baptizeē unuſquiſqꝫ vr̄m· Et
cū vniūſaliter dicatur in lege· ppl̄s
ille rudis ſuili timore penaꝝ coge
batur· vn̄ et legē in pedagogū ac-
cepit· In euāgelio aūt ppl̄s gr̄e li-
ber et adultus filiali amore et here
ditatis certitudine ad cultū diuine
ſuitutis inuitatur· vn̄ cū quidā le-
gē q̄ſi coherc̄ētē p̄dicarēt eſſe tenē
dam ſimul cū gr̄a ait apl̄s· non eīn
accepiſtis ſpm̄ ſeruitutis iterū in ti
more· ſꝫ accepiſtis ſpm̄ adopcōnis
filioꝝ in quo clamamus abba pat̄
¶ Hinc greg̃· ait in expoſicōne euā
gelij· ſiſe factum eſt regnum celoꝝ
homi regi q̄ fecit nuptias filio ſuo·

In lege cuiq̄ꝫ permittebaẗ diligē
amicum et odire inimicum·

Q Vm in lege ſcriptum ſit· dili
ges amicū tuū et odio habebis ini
micū tuū· accepta tūc licētia iuſti
us fuerat ūt dei ſuoſqꝫ aduerſarios
quāta poſſent ꝟtute oprimerēt eoſ
qꝫ iure gladij ferirēt· q̄d in nouo p o
culdubio teſtam̄to ꝯpeſcitur· cū per
ſemetip̄am veritas p̄dicat dicēs· di
ligite inimicos vr̄os bn̄facite hijs
q̄ oderūt vos· Quid ergo p tauros
niſi p̄res veteris teſtamēti ſignātur
nam dū ex pmiſſiōe legis accepant
q̄tinus aduſarios ſuos odij retribu
cōne pcuterent ut ita dicā quid ali
ud quā tauri erāt qui inimicos ſuos
corporee ꝟtutis cornu feriebant·
Quid vero p altilia niſi p̄res noui te
ſtam̄ti figuranẗ· q̄ dū gr̄am interne
pinguedinis pcipiūt a terrenis deſi
derijs innitētes q̄ſi ꝯtēplacōis p̄na
ſe ad ſublimia ſbleuāt· ¶ Hijs ita
rn̄detur· Sūt quedā q̄ ſalubri tātū
ammonicōne ſūt corripiēda nō cor
poralibꝫ flagellis aniaduertēda· ſꝫ
eoꝝ vindicta diuino examini tm̄ ē
reſuāda· qn̄ in delinquētes ſcꝫ diſci
plinā exercere non poſſumus· vel qn̄
nō ſūt mei iuris· vel qr̄ illoꝝ crimia
⁊ ſi nobis nota ſint tn̄ manifeſtis iu
dicijs ꝓbari nō pn̄t· De hijs q̄ non
ſūt nr̄i iuris ait apl̄us in ep̄la p̄ma
ad corinthios· quid eīn michi atti
net d̄ hijs qui foris ſūt iudicaē· De
hijs eīn dn̄s iudicabit· ¶ Vn̄ aug̃·
expones ait·

Infideliū ꝯuiuia
⁊ colloquia nō ſunt euitanda

I Nfideles nō poſſumus xp̄o lu
crari ſi colloquiū eoꝝ vitamus et
ꝯuiuiū· vn̄ ⁊ dn̄s cū publicanis et
pc̄toribꝫ manducauit et bibit· In
hijs vero q̄ intus ſūt id ē infidelibꝫ
putredo reſecāda ē· ¶ Hic etiā cū
ꝓpheta dicit· facit de⁹ iudiciū omibꝫ
iniuriā patiētibꝫ· exponendo addi-
dit aug̃· ab hijs qui nō ſunt ſui iuriſ
in quos nequid diſcipline exerceri·
Itē qn̄ multitudo eſt in ſcelē nec ſal
ua pace ecc̄ie mali puniri pn̄t· tole-
rāda ſūt potius q̄ violata pace ec-
cleſie punienda· ¶ Vnde aug̃· ait·

Quedā mala ſūt puniēda ⁊ quedā
tolerāda·

Q Vidā cum bonoꝝ
malorūqꝫ ꝯmixtionē in ecc̄ia
demonſtratā vel p̄dicatā eſſe pſpex-
erint ⁊ patientie p̄cepta didicerint
q̄ nos firmiſſimos reddūt· ut etiā ſi
videātur zizania in ecc̄ia nō tn̄ impe
diatur ā fides ā caritas nr̄a· et qm̄
zizania in ecc̄ia eſſe cernim⁹· nō ideo
ipi de ecc̄ia recedamus· deſtituendā
putāt eſſe ecc̄ie diſciplinā quādā p
uerſiſſimā ſecuritatē p̄poſitis ſbu-
entes ut ad eos non ptineat niſi di
cere· q̄d cauendū ſit· quid ve facien
dū· q̄dlibꝫ aūt quiſqꝫ facit nō curaē

a ¶ Ex hijs· ꝓ o
culo· h̄ enim mo-
do nō lꝫ niſi auc̄te
iudicis· ut· ꝭ· e· cū
in lege·
b ¶ Diligite· hoc
tenemur facere q̄
tū eſt in nobis· vt
· xi· q· iij· iter v̄ba
c ¶ Ciba· dum tn̄
rōne cibi nō negli
gat iuſticiā· vt· v
· q· v· non omnis·
Item ſi p̄t labora
re ⁊ ſe immiſceat
elemoſinis redigē
dus eſt in ſeruitu
tem· C· de mendi
cantibus validis·
· l· vna·
d ¶ In filios· imi
tatione non ſang-
uine· vel itelligas
de conſeufu· de lo
cutione et ope· s·
di· vi· ſed penſan-
dum·
e ¶ In pedagogū
id ē in magiſtrū
ſicut eīn p magi-
ſtrū aliquis coher
cetur ita ipi per le
gem·
f ¶ Spiritū ſerui
tutis· id eſt ſerui-
lem timorem·
g ¶ Adoptionis·
id eſt filialē timo-
rem· Io· de utro-
qꝫ· ꝭ· e· q· vi·· §· ex
hijs·

Q Vm in lege
et odio· ſed
nonne odiū habē
mortale pc̄tm eſt
ut· xxv· di· §· ē mi
ns· quare ergo h̄
dicit q̄d hoc per/
mittebatur iuſtis
poteſt dici iuſtis
alias· vel dic q̄ q̄
vlciſcebatur ſe ſi
ne odio nō pecca-
bat q̄ aūt cū odio
lꝫ ꝯtra legē nō fe
cerit tn̄ peccauit
ſicut dando libel-
lum peccauerunt
lꝫ a lege h̄ eis p-
mittebatur ex̄ de
diuoꝝ· gaudemus
i ¶ Per altilia· d̄
quibus in euange
lio fit mentio· h·
k ¶ Hijs ita· ſcilicꝫ
auc̄tibus quibꝫ ꝓ
bauit malos eſſe
tolerādos·
l ¶ Non ſūt· s· xi
· q· iij· eoꝝ· et· xx
x· q· v· nullum· ij·

I Infideles· et
ꝯuiuiū· s· xi·
· q· iij· ad menſam
· ar· ꝯtra· xxviij· q·
· i· omes· et· c· nul
lus· ſo· h̄ loquit᷑
de paganis ibi lo
quitur ſpecialiter
de iudeis·
n ¶ Qui intus ſūt
qn̄qꝫ etiā iudeos
punit eccleſia· ex
tra de uſuris· poſt
miſerabilē· et· xv-
ij· q· iij· ꝯſtituit
Q Vidam cum·
non ergo ſuf
ficit q̄ p̄latus in-
ſtituat quid ſit fa
ciendum niſi ⁊ pu
niat nō facientes
ut· ꝭ· e· q· v· non ē
innocentie· et· xl-
vij· di· q̄ ad nos·
ſicut nec ſufficit
domino prohibere
ne cū ſeruo ꝯtra
hatur· quin tenea
tur ipe de peculio
vt· ff· de peculio·
· l· ſi quis ſeruū· et
· ff· de v̄· obl̄· ſu⁹
vetante· ar· tamē
ꝯtra· xliij· di· ep̄he
ſijs·

a ¶ Nō poſſumus ſine ſcandalo· vel qꝛ eſt occultū· vi· ·q·i·ſi omnia·
b ¶ Nec patiētie· qn̄qꝫ eni̅ remiſſio ſe mentitur pietatē·ut·xli·di·ſepe·
Qūm quis· vbi periculum·cū ergo periculū ſciſmatis timetur mali nō ſūt excōicādi ut·l·di ut cōſtitueretur ·ſ· ·c· ipa pietas· et ·c·nō poteſt· ſed cōtrariū eſt·xxiiij· ·q·iij·ecce·ſed ibi cū nō timetur ſcādalum· Item cōtra extra de reg·iur· q̄ ſcandalizauerit ſed ſ̄ loquitur de veritate diſcipline que poteſt qn̄qꝫ deſeri ꝓ ſcādalo·ibi de veritate iudicij que ſp̄ preualet ſcandalo·
Sicut non eſt ab oracōne· multiplex eſt cauſa quare nō debemus ceſſare ab oratione maloꝝ ul' eoꝝ correctōe nā q̄dam ſunt p̄deſtinata vt p̄cib⁹ obtineantur·ut·ſ· c· ꝑx· Item qꝛ neſcitur quis ſit de numero p̄deſtinatorū quis nō·et ꝺ nemine eſt deſperandū quādiu eſt in hac vita vt de pe·di·vij·nemo· et quia deus ſepe aliquid ꝓmittit qꝺ poſtea mutat ſi videt homines negligentes ut de pe·di·i·p̄dixerat· et tamē quia ſi nō ꝓſunt illi ꝓ quo orat⁹ tamē ꝓſūt oranti·iuxta illud oracō mea in ſinu meo cōuertetur·
c ¶ Negligēda·ꝺ pe·di·vij·nemo·
Obtineri·ſ·de pe·di·iiij·nemo·
¶ Poſtulando· nec ideo voluit dn̄s ſuſcitare q̄rtum mortuū quia nō fuit ꝓ eo petitū·ut·ſ·de pe·di· ·i·§·ex hijs itaqꝫ ꝟ·quarūcūqꝫ
Nabuchodonoſor·acce/pit·argu· quod depoſitus poteſt reſtitui·vt de pe· di·vi·c·i·in ſi· vt [illegible]

Nos vero ad ſanā doctrinā ptinere arbitramur utriſqꝫ teſtimōijs vitā ſententiāqꝫ moderare·ut ⁊ canes in ecc̄ia ꝓpter pacē ecc̄ie toleremꝰ· et tn̄ canib⁹ ſcm̄ ubi ē pax ecc̄ie tuta nō demus·Cū vero p negligentiam ꝑpoſitoꝝ ſiue p aliquā excuſabilem neceſſitatē ſiue p occultas ſurreptiones inuenimus i ecc̄ia malos quoſ ecc̄iaſtica diſciplina corrigē aut cohercere nō poſſumus·tunc ne aſcendat in coꝛ nr̄m impia ⁊ pniciosa p̄ſumptio q̄ extimemus nos ab hijs eſſe ſeparandos·ut pctīs eoꝝ non inquinemur·atqꝫ ita poſt nos trahere conemur·veluti mūdos ſcōſqꝫ diſcipulos ab vnitatis cōpage q̄ſi a malorum cōiūctōne ſepatos veniāt in mētē ille de ſcripturis ſilitudines et diuina oracula vel certiſſima exempla quib⁹ demonſtratū eſt ⁊ p̄nunciatū malos in ecc̄ia bonis pmixtos uſqꝫ i finē ſecl̄i tēpuſqꝫ iudicij futuri tolerandos·nichilqꝫ bonis in vnitate ac pticipacōne ſacroꝝ qui eoꝝ factis nō cōſenſerit obfuturos·Cū vero eis p q̄s ecc̄ia regitur adeſt ſalua pace ptās diſcipline aduerſus improbos aut nefarios exercenda tunc rurſus neqꝫ ſecordia neqꝫ ſegnicia dormiamus·ſꝫ aculeis preceptoꝝ q̄ ad ſeueritatē correpcōnis ptinent excitādi ſumus ut greſſus nr̄os in vias dn̄i ex utriſqꝫ teſtimonijs illo duce atqꝫ actore adiutore dirigentes·nec patientie noīe torpeſcamus·nec obtētu diligētie ſeuiamus· ¶ Itē cōt̄ epl̄az parmeniani

Leuiꝰ occīta ſeuēius aūt puniēnda ſūt ab ecc̄ia manifeſta delicta

Cum quiſqꝫ fratrū et xp̄ianorū intus in ecc̄ie ſocietate cōſtitutorū in aliquo tali pcc̄o fuerit dep̄hēſus ut anathemate dignus habeat̄ fiat hoc ubi piculū ſciſmatis nullū ē· Et infra· quādo cuiuſq̄ crimē notum ē ⁊ oīb⁹ execrabile appareat· ut vel nullos ꝓrſus vel nō tales habeat defenſores p q̄s poſſit ſciſma cōtingē nō dormiat ſeueritas diſcipline· ¶ Eſt etiā alia cauſa q̄ correctio v̄boꝝ vel verberū videtur inutilis eſſe vel ſupflua·p̄deſtinati ad vitā ſine correctōne mutātur ſicut petrus quē dn̄s reſpiciens nemine corripiēte cōmouit ad lacrimas·preſciti ad mortē inter flagella deteriores fiunt ſicut pharao·Bonis ergo ſupflua damnādis inueniuntur hec eſſe inutilia· ¶ Hijs ita rn̄detur auc̄te gg̃· ⁊ aug·

Sicut ab orōe ceſſandū n̄ eſt·ſic nec a correctōne·

Sicut nō eſt ceſſandū ab orōe p eis q̄s corrigi volumꝰ· etſi nullo hoīm orāte p petro dn̄s reſpexit eū et fecit eū ſuū flere pctm̄·ita nō eſt negligēda correctō·q̄uis deus quos voluerit non correctos faciat eſſe correctos·tūc aūt ex correctōe ꝓficit hō cū miſeretur atqꝫ adiuuat qui facit quos voluerit ⁊ ſine correctōe ꝓficē· ¶ Itē in dial·li·v

Soli p̄deſtinati ſaluātur·qꝺ tn̄ poſtulando ſuo labore merentur

Obtineri nequaq̄ poſſunt que p̄deſtinata nō fuerint·ſꝫ ea q̄ ſancti viri orādo efficiūt ita p̄deſtinata ſūt ut p̄cib⁹ obtineant̄ nā ipa q̄qꝫ p̄hēnis regni p̄deſtinacō ita eſt ab omīpotēti deo diſpoſita ut ad hoc electi ex labore puenīant· q̄tinus poſtulādo mereātur accipe qꝺ eis oīpotēs deus ante ſecula diſpoſuit donare· ¶ Itē aug·

Decreto dei iudicō mali obdurātur flagellis boni emēdantur·

Nabuchodonoſor penitentiā meruit fructuoſaꝫ nonne poſt innumeras impietates flagellatus penituit·et regnū qꝺ p̄diderat rurſus accepit pharao aūt ipis ē flagellis durioꝛ effcūs ⁊ pijt hic michi rōeꝫ reddat qui diuinū cōſiliū nimiū alte ſapiētiqꝫ corde diiudicat cur medicamētū vnius medici manu cōfectū alij ad interitū alij valuerit ad ſalutē niſi qꝛ xp̄i bonus odoꝛ alijs ē odoꝛ vite in vitā· alijs ē odoꝛ mortis in mortē quantū ad naturā ambo hoīes erāt quantū ad dignitates ambo reges quantū ad cāꝫ ambo captiuū ꝑplm̄ dei poſſidebāt·quātū ad penā ambo flagellis clemēter ammoniti·Quid ergo fines eoꝝ fecit eſſe diūſos· niſi q̄ vnus manū dei ſentiēs in recordatione ꝓprie iniquitatis ingemuit·alt̄ libero cōtra dei miſericordiſſimā veritatē pugnauit arbitrio· ¶ Item·

Uaſis ire nunq̄ deus redderet interitū ſi nō ſpontaneū inueniretur homo hr̄e pctm̄· qꝛ nec deus peccāti hoī iuſte inferret iram ſi homo ex p̄deſtinacōne dei cecidiſſet in culpā· Idem· p̄deſtinacōnē dei ſiue ad bonū ſiue ad malū in oīb⁹ operari ineptiſſime dicit̄· ut ad vtrūqꝫ hoīes quedā nc̄citas videat̄ impellere·cum in bonis volūtas ſit intelligenda nō ſine gr̄a·in malis aūt volūtas intelligēda ſine gratia· Cum vero aliq̄s a deo aūt t̄ditos deſideriis ſuis ā obduratos eſſe legimus aut relictos magnis pctīs ſuis·hoc ipos meruiſſe ꝓfitemi̅· qꝛ talia eoꝝ

et·c·greg·Itē ē ſ̄ ar·ad queſtionē illam q̄ depoſitus reſtitutus p̄ferendus ſit ſubſtituto·ut·viij·q· vlti·c·vlti·ar·cōtra·vij·q·i·eos q̄ licet determinata vid̄ꝛ extra de ſimonia·ex inſinuacōne· Io·de ſ̄ quid iuris ſit in qōnibus·no·b·
k ¶ Ratione·ar· q̄ de ſingulis non eſt ratio reddenda·ut·ſ·e·q·de tirijs·de pe·di·iiij·ſi ex bono·ar·cōtra ·lxviij·di·corepi et· xxiiij·q·iij·ſi habes·
l ¶ Odor· bonus odoꝛ xp̄i eſt predicatio bonoꝝ·
Uaſis·nō ſpōtaneum· de hac materia nota ui·xv·q·i·§·i· et ·ij·et·c·merito·
m ¶ Ex predeſtinatione·ar· q̄ non poteſt arguē q̄s factum cuius auctoꝛ ipſe fuit·vt· ·xxviij·di·diacōni·extra de cleri· cōiu·diuerſis
n ¶ Cum vero· ſic ergo bona que facit homo p deū facit· mala q̄ facit nō facit p deuꝫ quia deus non eſt auctoꝛ mali· ſ̄ ne crederet quis qꝺ deus operetur in malis quia legit⁹ q̄ deus tradidit romanos in deſideria carnis·et q̄ obdurauit coꝛ pharaonis et qꝺ reliquid tirios et ſidonios peccatis ſuis·et ideo oſtendit qualiter hoc intelligatur·
o ¶ Aliquos· ſcꝫ romanos·
p ¶ Aut tradi toſ· tradere dicitur homine̅ peccato qn̄ pmittit hominem peccare· vel quia ſubtrahit ei gratiam·
q ¶ Legimus· in epiſtola ad romanos et in exodo· et in euāgelio mathei de tirijs et ſidonijs·
r ¶ Non meritos ex hoc patet q̄ p̄mam gratiam nemo meretur ut ·ſ· de con·di·iiij·gratia·et c· placuit·

a ¶ Fecit·ſ·bona·
b ¶ Fecit·ſ·mala
c ¶ Dicitur·i epiſtola·Johis·
d ¶ Ex nobis· q̄ tū ad p̄deſtiacoꝝ·
e ¶ Stādi·ſed nō ne iam dixit quia predeſtinacō non ē cauſa quare homo faciat bonum· ſed potius bonum qḋ facit eſt cauſa predeſtinationis· ſed dicas h̄ p̄deſtinationē appellari deū p̄deſtinātem·naꝫ nemo poteſt venire ad me niſi fuerit ei datū a patre meo· vel dic ꝙ p̄deſtinatio nō eſt cā efficiens ſed eſt cauſa ſine qua non fit· Item ſi vere volumus loqui non eſt concedendum ꝙ bona futura ſint cauſa p̄deſtinationis·qꝛ ex hoc ſequeretur ꝙ cauſa eſſet poſterior ſuo cauſato· Itē q̄cquid deus predeſtinauit ab eterno p̄deſtinauit·ſi ergo p̄deſtinatio eſt eterna·ergo nō habꝫ cauſam ſue geneācōnis·nō ergo futura ſūt cauſa ei9 Item ſi quid eſſꝫ cauſa gn̄ationis eius·ergo eius oppoſitū eſſet cauſa corrupcōnis eius ſed impoſſibile eſſet cauſam corrūpi vel deſinere eſſe·quia ſi corrumperetur vł deſineret eſſe·g̃ poſt h̄ inſtans non eſſet ergo ſi mō non eſt nūquā fuit·nā hanc ſequit̄ ſi fuit p̄deſtinatuꝫ g̃ eſt p̄deſtinatuꝫ et ſp erit p̄deſtinatum Johannes·
f ¶ Falli·hec argumentatio non valet deus preuidit aliq̇d et aliter poteſt euenire· g̃ p̄uidentia dei eſt fallibilis·
g ¶ Quamuis·ad huius·§·intelligēdū nota ꝙ omnes tales locutiones ſūt duplices ſi deus p̄uidit aliquid neceſſario id veniet qꝛ ſi h̄ dictio neceſſario determinet totalem cōſequētiā ē locutio vera·et tūc talis

crimina pceſſerūt ut ipe ſibi penaꝫ debuerint q̄ eis ſuppliciū verteretur in reatū·atq̧ ita nec de iudicio dei querimur quo deſerit meritos deſeri·et miſ̄cdie eius gratias agimus qua liberat nō meritos liberari· Vires itaq̧ obedientie nō ideo cuiquaꝫ ſbtraxit qꝛ eū nō p̄deſtinauit·ſꝫ ideo eum nō p̄deſtinauit qꝛ receſſurū ab ipa obedientia eſſe p̄uidit· ¶ Predeſtinatio q̄ꝫ dei ſp in bono eſt qui peccatū ſola hoīs volūtate omiſſuꝫ aut remittendū nouit cū laude miſericordie·ā plectendū cum laude iuſticie· In malis aūt opibꝫ nr̄is ſola p̄ſciētia dei intelligēda ē·quā ſicut p̄ſciuit ⁊ predeſtinauit q̄ ipſe fecit ⁊ ut faceremus dedit·ita preſciuit tātū ⁊ nō predeſtinauit q̄ nec ipſe fecit nec ut facēmus exegit· Hij aūt ſūt de quibus dicitur ex nobis exierūt ſꝫ nō fuerūt ex nobis·ſi eīn fuiſſet ex nobis manſiſſent utiq̧ nobiſcum volūtate exierūt volūtate ceciderūt Et qꝛ p̄ſciti ſūt caſuri nō ſūt p̄deſtinati·eſſent aūt p̄deſtinati ſi eēnt reuerſuri ⁊ in ſcitate ac veritate manſuri·ac p hoc predeſtinatio dei multis eſt cauſa ſtandi·nemini ē cā labēdi· ¶ Nō ergo necitatē facit correctōnis vel obduracōis dīna p̄deſtinacō ſeu p̄ſciētia cū boni p grām corrigātur ⁊ libero arbitrio mali pereāt· Neq̧ eīn qꝛ p̄deſtinatio ſiue p̄ſciētia dei falli nō p̄t nec ideo necr̄io eueniūt q̄ p̄deſtinātur vel p̄ſciūtur ſicut nec necr̄io p̄deſtinanť vel p̄ſciunť que futura ſūt·ſꝫ qꝛ bona abſq̧ eius grā mala p̄ter eius ſcientiā euenire nō pn̄t· ¶ Quāuis ergo ouenienter dicať· ſi hec p̄deſtinata ſunt vel p̄ſcita necr̄io eueniēt·nō tn̄ ideo abſolute verū ē neceſſario eueniēt q̄ p̄deſtinata ſūt vel p̄ſcita·qꝛ h̄ neceſſitas refertur ad reꝝ euētū· ibi ad intuitū dīne p̄ſcie· Vnde aug· Due ſūt īquit necitates·ſimplex vna· veluti nece eſt omnes hoīes eſſe mortales·altera odicōnis·ut ſi aliquem ambulaē quis ſcit eū ambulare neceſſe ē·qḋ enim quiſq̧ nouit id eſſe aliter ac notum eſt nequit· ſꝫ h̄ minime ſecū illā ſimplicē trahit·hanc enim necitatē nō ipa fecit natura · ſꝫ odicōis adiectō· Nulla eīn neceſſitas cogit incedē volūtate gradiētem·quāuis eū tūc cū gradiatur incedere neceſſariū eſt Eodem igitur modo ſi q̇ꝺ p̄uidentia pn̄s videt id nece ē eſſe·tam etſi nullā nature habet neceſſitatē·At quidē ea futura q̄ ex arbitrij libertate p̄ueniūt p̄ſcientia oſtuetur· Hec igitur ad intuitū relata dīnū neceſſaria ſiūt p diſpoſitionē diuine nocōnis· p ſe vero oſiderata abſolutā nature ſue libertatē nō deſerūt Fiēt igitur pculdubio cūcta q̄ futura de9 eſſe p̄noſcit ſꝫ eoꝝ quedā d libero p̄ficiſcuntur arbitrio·q̄ q̄uis veniāt exiſtēdo·tn̄ naturā p̄priā nō amittūt·q̄ pri9 q̄ fierēt etiam non euenire potuiſſent ¶ Hijs oībꝫ mala nr̄a libero aſcribūtur arbitrio cū alibi diuine aſcribātur indignacōni· ¶ Vnde greg·

Qum ſupna indignatio ſeſe ut ita dixerim medulli9 mouet hāc opinio hūana nō remouet·nec ſe cuiuſlibꝫ utiliter dep̄cacō obicit cū ſemel deus aliq̇d ab intimis iraſcēdo diſponit· Hinc ē enim ꝙ moyſes q̇ reatū totius plebis apud deū ſuis p̄cibꝫ terſit·dūq̧ ſe obicē obtulit diuine iracūdie vim placauit ad petrā oreb veniēs ⁊ p aque exhibitione diffidens rep̄miſſiōnis terram ingredi dn̄o iraſcente non potuit·

De tirijs vero et ¶ Itē aug· ſidonijs quid aliud poſſumus dicē q̄ nō eſſe datū eis dſup ut crederēt q̇s credituros fuiſſe ipſa veritas docet·ſi talia q̄lia apud nō credentes facta ſūt v̄tutū ſigna vidiſſent·quare aūt hoc eis negatū fuerit dicāt·ſi pn̄t qui calumniātur ⁊ oſtendāt cur apḋ eos dn̄s mirabilia quibꝫ p̄futura nō erāt fecēit ⁊ apḋ eos quibꝫ erant p̄futura nō fecēit Nos eteni ſi rōne facti p̄funditateꝫ iudicij eius penetrare nō poſſumus manifeſtiſſime tn̄ ſcimus ⁊ verū eſſe qḋ dixit ⁊ iuſtū eſſe qḋ fecit· ⁊ non ſoiū tirios ⁊ ſidonios ſꝫ ec̄ corozaim et bethſaida potuiſſe outi· ⁊ fideles ex infidelibꝫ potuiſſe fieri ſi hoc ī eis voluiſſꝫ dn̄s operari· Neq̧ enim ulli falſū videri p̄t qḋ veritas ait nemo p̄t venire ad me niſi fuerit ei datū a p̄re meo· Itē qui p p̄phām plebi iudaice p̄miſit·ecce ego ſepiam vias tuas ſpinis ⁊ muniā ea lapidibꝫ q̄drīs id ē adimā tibi facultatē peccādi· Idē p pſalmiſtā d dānādis dixit· Fiāt vie eoꝝ tenebre ⁊ lubricū ⁊ angelus dn̄i pſequēs eos· ¶ Sꝫ in hijs oībꝫ vicia nr̄a hūane aſcribūtur mētis arbitrio·qḋ diuina clemētia in electis miſ̄icorditer vertit ad bonū in damnādis iuſte reliquit ad malū· Sicut ergo q̄uis certiſſime ſciamus neminē ultra terminuꝫ ſibi a deo p̄fixū eē victurū·oībꝫ tn̄ lāguentibꝫ nō incōgrue medenī·ſic q̄uiś nemo ſaluet̄ niſi p̄deſtinatus

eſt ſenſus h̄ cōſequentia ſi deus p̄uidit aliquid illḋ euenit eſt neceſſaria·ſi autē h̄ dictio neceſſario determinat ipm cōſequens eſt falſa· ſilr̄ h̄ ē duplex neceſſariū eſt ſocratem ambulare cū ambulat quia ſi intelligatur cōpoſita et de dicto vera ē ſi de re eſt falſa· ſimiliter hec ē duplex·neceſſarium eſt h̄ euenīē ꝙ deus p̄uidit de dicto ē vera·de re eſt falſā· iſtud eīn qḋ de9 p̄uidit nō eſt neceſſe euenīē Et nota ꝙ h̄ ārgumentatio nō valꝫ ſi deus p̄uidit aliquid neceſſario illud eueniet· ergo ſi deus p̄uidit aliquid neceſſarium eſt illud euenire · qꝛ modo h̄ dictio neceſſariuꝫ nō poteſt determinare illam oſequentiā ſed tn̄ oſequens·
h ¶ Nequid·vēa ē ſi intelligatur d dicto·

Qum ſupna· plebis·hiſtoriam habes·xlv· di·diſciplina·
k ¶ Oreb·hiſtoriam habes de pe· di·ij·§·o p̄ponitur·
l ¶ Iraſcente·intelligas tn̄ ꝙ quātum ad tpaleꝫ penam p̄t ira dei eſſe cōmutabilis·ſed quātū ad eternaꝫ nō·xxij·q·iiij·incōmutabilis·

De tirijs·vt crederēt·p̄ſente d n̄o ſed poſtea crediderunt ad predicationem aploꝝ·
n ¶ Si racōne·eodem mo do dicendum ē quia ſi papa aliquid facit qḋ videtur iniuſtum vbi nos rationem non poſſumus aſſignare ꝙ nilominus illud iuſtum ſit·
o ¶ Qui p p̄phetam·oſee·
p ¶ Vias·id eſt āctiones·
q ¶ Spinis·id eſt cōpūctionibꝫ·
r ¶ Quadris · id ē v̄tutibus q̄tuor vel doctrina quatuor euāgelioꝝ·

I Pſa pietas. teſtimoniū. in hoc ꝙ eſt mortuus in vnitate eccleſie. ſed quidaȝ heretici volebant eum poſt mortem accuſare de hereſi ut. xxiiij. q. ij. ſane ꝓfert². §. Itē ſi vera fuīt. ſed nō erāt recipiendi eē in crimine hereſis cū ille bone opiōnis fuit ut. ij. q. i. in primis. hereticus tn̄ bene recipietur cōtra hereticum. ut. ij. q. vij. ſi hereticus.

b ¶ Perdiderūt. ut. s. ij. q. vij. non poteſt. Iohānes.

c ¶ Poteſtatem. quā non habebat eccleſia cū adhuc nouella eſſet ſed poſtea qn̄ cepit dn̄ari pn̄cipibus ut. ꝫ. e. diſplicet. ⁊. c. non inuenitur.

d ¶ Ad fidem. eccleſie ꝯſeruandā.

e ¶ Intrare. id ē redire ad ecc̄iam.

f ¶ Sed quare. q̄ſi diceret nō eſt ꝯſiderandū quid fiat ſed qua cauſa fiat ut. ꝫ. e. q. viij. occidit. et. ff. de furt. verū. ſilr̄ non eſt cōſiderādum quid fiat ſed quo aīo fiat. ut. xv. q. vi. c. i. in ſi. quaſi diceret cogātur ire ad ꝯmodū ipoꝝ ſcȝ ad cōuiuiū de quo agitur in euangelio. lvi. di. ſponſus.

g ¶ Legem. quaȝ habes. C. de hereticis. arriani.

h ¶ Si duo. tres enim ponit caſus pmo ſic. duo ſunt in domo ruitura ⁊ ambos poſſumus liberare ad hoc tenemur ꝫ ſint inuiti. ſcdo ſi duo ſūt in domo vna et ſi vnum liberamus alter vult ſe necare. tercio ſic multi ſūt ī domo vna et nō niſi vnus liberari poteſt.

i ¶ Porro. ſcdus caſus.

k ¶ Nō nr̄a. licet enim aliquis ſe ipm̄ iterimat ꝓpt nos dūmodo nos iuſte moueamur nō tenemur ⁊ nos ut. ꝫ. e. q. v. cū hō. ⁊. c. de occidēdis

ad vitā oīm tn̄ delinquenti eſt adhibēda correctō nec maloꝝ eſt negligenda diſciplina. ¶ Vnde idem auguſtinus ait bonifacio. Nō ſemper vindicta eſt exercenda ī eos q̄ peccant

I Pſa pietas veritas caritas nō nos pmittit ꝯtra cecilianū eoꝝ hoim accipe teſtiomū q̄s ī ecc̄ia nō videmus. cui dn̄s ꝓhibet teſtimoniū. Quos enim diuina teſtimonia nō ſecūtur pondus hūani teſtimonij ꝑdiderūt. Itē moleſtus eſt medicus furēti frenetico ⁊ pr̄ īdiſciplinato filio. ille legādo. ille cedēdo. ſꝫ ābo diligendo. ſi auteȝ illos negligāt ⁊ ꝑire pmittāt. iſta potiꝰ falſa māſuetudo eſt crudelitas Itē. Quapropter ſi ꝑ ꝑtātem quaȝ ꝓpter religionē ac fidē tempe quo debuit diuino munere accepit ecc̄ia. hij q̄ inueniūtur in vijs et ſepibus id eſt in hereſib9 et ſciſmatib9 cogūtur intraē. nō q2 cogūtur repꝛhendāt. ſed quare cogūtur attendāt. Cōuiuiū dn̄i eſt vnitas corpis xp̄i non ſoluȝ in ſacro altaris. ſꝫ etiā ī vinculo pacis. ¶ In eodē theodoſius impator legē gn̄aliter in oēs hereticos ꝓmulgauit. ut quiſq̄s eoꝝ ep̄us vel clericus ubilibet eſſꝫ inuentꝰ decē libris auri mulctaret. Iteȝ ſi duo alii qui in vna domo ſimul habitarent. quā certiſſime ſciremus ruiturā. nobiſq3 id ꝑnūtiātibus nollēt credere atq3 ī ea manē ꝑſiſterent ſi inde eoſ poſſemus eruere. vel inuitos quibuſ imminēteȝ illā ruinā ꝑmōſtrauimꝰ ut ulterius redire ſub eius periculo non auderent. puto niſi facēmus non immerito crudeles iudicarem̄. Porro ſi vnꝰ illoꝝ nobis dicēt. qn̄ intraueritis eruere nos memetipm ꝯtinuo trucidabo. alt̄ aūt nec exire quidē inde nec erui vellet ſꝫ neq3 necare ſe auderet. quid eligeremus utrū ambos ruine opprimendos relinquere. aut uno ſalteȝ ꝑ nr̄am operā liberato. alterū non nr̄a culpa ſꝫ ſua potius interire pmittēmus. Nemo eīm eſt tam infelix qui non quid fieri in talib9 reb9 oporteat faciliime iudicet. Itē poſt pauca Nō ſi plurimi eſſent ī domo ruitura. et inde ſalteȝ vnus liberari poſſꝫ atq3 cū id facere conaremur. alij ſemetipos ꝑcipitio necarēt. dolēmus ꝺ ceteris verū de vnꝰ ſaltē ſalute ꝯſolarem̄. nō tn̄ ne ſeipos alij ꝑderēt ꝑire vniuerſos liberato nullo pmittēmꝰ. Quid ergo de ope miſericordie qꝺ ꝑ vita eterna adipiſcenda et pena eterna vitāda hoīb9 debemus impēdere

iudicandū eſt ſi ꝓ ſalute iſta nō ſolū tꝑali ſꝫ etiā breui ⁊ ad tēpus exiguū liberāda ſic nos ſbuenire oīb9 racō vera ⁊ benigna ꝯpellit. Iteȝ ſi inquiūt donatiſte oportet ut nos ex̄ eccleſiā ⁊ aduerſus eccleſiā fuiſſe peniteat ut ſalui eē poſſimus quō pꝰ iſtā penitentiā apud vos clerici vel ep̄i eē pmanemꝰ. h̄ nō fieret. qm̄ re uera faciendū qꝺ fieri nō debet niſi pauci ipa ꝯpenſacōe ſanarētur. Sꝫ ſibi h̄ dicat ⁊ multo maxie hūiliter doleant. qui in tāta morte ꝑciſionis iacēt ut iſto quodā vulnere. matris ecc̄ie catholice reuiuiſcāt. Cū enim ꝑciſus ramus īſeritur fit aliud vulnus ī arbore quo poſſit recipi ut viuat qui ſine vita radicis ꝑibat. Sꝫ cū receptus recipienti coaluerit. et vigor ꝯſequitur et fructus. ſi aūt n̄ coaluerit ille quidē areſcet. ſꝫ vita arboris pmanebit. Eſt em̄ tale inſerendi genus ut nullo ꝑciſo ramo q̄ intus eſt ille qui foris eſt inſeratur nō tn̄ nullo ſꝫ leuiſſimo vulnē arboris ita etiā ⁊ iſti cū ad radicē catholicā veniunt. nec eis poſtq̄ꝫ vix erroris ſui penitēt honor clericatꝰ aut ep̄atus auferē. Siquid fit aliquid tanq̄ꝫ in cortice arboris matris cōtra integritate ſeueritatis. Verūtn̄ q2 neq3 qui plātat eſt aliquid neq3 qui rigat. ad dei miſedia m ꝑcib9 fuſis coaleſcēte ſuoꝝ pace ramoꝝ caritaſ coopit multitudinē pctoꝝ Et paulo poſt. Verum in hmōi cauſis ubi ꝑ graues diſſenſionum ſciſſuras nō huius ā illius hois eſt piculū. ſꝫ plimoꝝ ſtrages iacet detrahenduȝ eſt aliquid ſeueritati ut maioribus malis ſanādis ſincera caritas ſbueniat. Habeāt ergo ꝺ ꝓtēito deteſtabili errore ſicut petrus habuit de timore mēdacij amarū dolorē. et veniant ad ecc̄iam xp̄i verā id ē catholicam matrē ſint in illa clerici ſint ep̄i utiliter qui ꝯtra eā fuerūt hoſtilit̄. nō inuidemus. immo amplectimur hortamur optamus. et quos in inuiis aut ſepib9 inuenimus intrare cogimus. et ſic nōdū quibuſdā ꝑſuademus. q2 nō res eoꝝ ſꝫ ipos querimus. ¶ Idem fauſto. Mediciali ſeueritate mali cogūtur redire ad bonum

Q Vid faciet ecc̄ie medicina ſalutē oīm materna caritate ꝯquirēs tanq̄ꝫ inter freneticoſ et lethargicos eſtuans. nūquid cōtēnere. nūquid ꝺſiſtē vel debet ul̄ ꝑt utriſq3 ſi necē ē moleſta ē. q̄ neutris eſt inimica. Nam et frenetici nolūt ligari ⁊ lethargici nolūt excitari. ſꝫ

et. xlvij. di. q̄d ad nos.

l ¶ Liberato. id ē nō minus aliqueȝ liberere teneris. ꝫ oēs alij ſe ibi ꝑderent.

m ¶ Compellit. ꝗ vidr̄ ꝙ omnibꝰ ſit ꝓceptum ut denūciēt crimina delinquentiū. ſed h̄ intelligas tm̄ de ꝓlatis vel de canonica denūciacōne rei.

n ¶ Non debet. de iure ꝯmūi.

o ¶ Compenſatione. id ē ut aliqui facilius redeant ad eccleſiam cum viderint aliquos reuerſos tolerari in ſuis ordinibus.

p ¶ Vulnus. duplr̄ inſeritur ramus arbori. ut de cō. di. v. nunquā. tūc dicuntur duo vulnera infligi arbori id ē ecc̄ie qn̄ ille qui fuit deſtitutꝰ reſtituitur. ⁊ alter qui ſubſtitutus fuit remouet̄ ſcdo modo quando nullus fuit ſubſtitus et illud dr̄ leue vulnus.

q ¶ Detrahendū. ſic. xliiij. di. ꝯmeſſacōes. et. di. l. ut ꝯſtitueretur.

r ¶ De mendacij id eſt de mēdacō timoris.

s ¶ Ep̄i. s. di. xij. nos ꝯſuetudinem

t ¶ Vtilit̄. nō oꝫ itelligas ꝙ aug̃ reſtituat h̄ ep̄os depoſitos ſed docet q̄d fieri poſſit

u ¶ Et ſic. id ē ꝓpter res eoꝝ.

x ¶ Non res eoꝝ. ut. ꝫ. q. vij. c. i. et.

Q Vid faciet. medicina. id ē correctio ij

5 ¶ Inter freneticos. id eſt hereticos ad modū freneticoꝝ ſeuiētes

3 ¶ Incipiūt. egreſſꝰ em̄ malicie ꝟtutis opatur ingreſſum. xxxij. q. i. cū renūciatꝰ h̄ tamē nō eſt cōcedēda. ſi quis incipit eſſe bonus n̄ tamen perfectus deſinit eſſe malus de pe. di. ij. forte. et. c. ſi ſermo.

a ¶ Cōmunia. ꝫ de con. di. iiij. non in ꝟb. s. i. q. i. ſacra

q Quod xp̄us diſcipulos·iacobū et ioħem quos pmiſit in ciuitatem
ſamaritanoꝝ vt pararent ſibi hoſpicium·
b Ad correctionem·ꝓſit vindicta·
c Peccant·ſ·e·
ea vindicta·ↄtra·
vbi dr̄ ꝙ apl̄i de=
ſideraueruñt odio
vindictā·ſed dic
ꝙ non peccabant
in re quā volebāt
ſed in modo volen
di·xxiij·q·ij·§·a=
braham·vel dic
ꝙ peccabant·ſed
dicitur nō peccaſ
ſe q2 lex ħ pmitte
bat ſcꝫ punire in=
imicos·s·e·q·cū
in lege·
d Et finees·hi=
ſtoriam habes·ij·
·q·vij·Itē cū ba
laam·
e Multimoda·
quā fecit ī illa ꝓ
lixa lcc̄e libenter
ſuffertis·vbi nar=
rat ſuas paſſiões
et reuelationes ſu
as·
f Elymā·hiſto
riam habes xlv·
di·§ſalomō·Io·
I Nter quere
las·ↄqueſt9
auditur ꝙ ille qui
ↄqueritur ſe inui
ſte excōicatū·ꝛ ħ
ſm̄ vetera iura·ut
·xi·q·iij·ſi epūs·
vel dic ꝙ tunc au
ditur talis cū eui=
dēter oſtet de in=
iuſta excōicacōne
ut eꝫ de ap·ſolli=
citudinē·alias nō
auditur niſi cum
dicit excōicacōnē
eſſe nullā·ut eꝫ de
ſen·ex·p tuas·Io
hodie recurre ſu=
p ħ ad nouellā·b
g Proprie·ꝙ e
piſcopus non p̄t
excōicare aliquē
pro iniuria ſibi
facta ut ħ·et·ſ·c·
q·v·de occidēdis·
nec em̄ p̄t eſſe iu
dex in cauſa ſua·
vt iiij·q·iiij·c·i·
ħ ↄtra·ſ·e·guiliſa
ri9·et·ij·q·vij·ſi
quis erga·ſed di=
ſtiguas ut ibi no=
tatur p illud qđ ē
·lxiij·di·ſalomita
ne·
S Jis·debito
ri·id ē ei q̄ i deū đ
liquit·et ē ſimile
eꝫ de ſen·excō·cō
tingit·
h Offendit·vt
ſ·e·ſi ea·nam cul
pa eſt qñqꝫ rela=
xare vindictam·
ut·s·xxviij·di·q2
ſūt culpe·
Poſſumus·imo

pſeuerat diligētia caritatis frene=
ticū ligare·lithargicum ſtimulare
ambos amare·Ambo offenduntur
ſꝫ ambo diligūtur·ambo moleſtari
ꝙ̃ diu egri ſūt indignātur·ſꝫ ambo
ſanari gratulātur·In eodē catholi
ci eſſe nō incipiunt niſi heretici eſſe
deſtiterint neqꝫ em̄ ſacra eoꝝ inimi
ca ſunt nobis q̄ in illis ec̄ nobis ſūt
ↄūia·q2 nō hūana ſūt ſꝫ đina·Pri=
us error eoꝝ ē auferēdus quē ma=
le inierūt nō ſacra q̄ ſiſt acceperūt·
q̄ ad penā ſuā portāt ꝛ habēt·ꝙ̃uis
indigne habēt ſꝫ tñ hñt·Ecce ꝙ
crimia ſūt punienda qñ ſalua pace
ecc̄ie feriri pñt·in quo tñ diſcretio
eſt adhibēda·Aliqñ enim delinquē
tiū multitudo diu ꝑ pacientiā ē ad
penitentiā expectanda·aliqñ eſt in
paucis punienda ut eoꝝ exēplo ce=
teri terreātur et ad penitentiā ꝓuo
centur·Hinc cū diſcipuli celeſti
igne ſamaritanos vellent cōſumere
ꝓhibiti ſunt·et ſamaritani ad peni=
tētiā ſūt expectati·ut xp̄o p̄dicāte
ↄuerterētur ad fidē·Vñ ambro=
ſius ait·**Nō ſemp in eos q̄ peccāt vindicta eſt exercenda·**
Q Vod xp̄us diſcipulos ſuos in
crepauit q2 ignē deſcendē ſup eos
geſtiebant qui ipm nō receperāt o
ſtēditur nobis nō ſp ī eos q̄ peccāt
vindicādū·q2 nōnūꝙ̃ āplius ꝓdeſt
clementia tibi ad penitentiā ꝙ̃ lap=
ſo ad correctōꝫ·Deniqꝫ ſamaritani
citius crediderūt·a quibꝫ hoc loco
ignis arcetur nec diſcipuli peccant
qui legē ſecūtur·ſciebāt enim ꝛ phi
nees reputatū eſt ad iuſticiā ꝙ ſa=
crilegos interimerat·et ad preces
helie ignē deſcēdiſſe de celo·Po=
teſt in hac ꝓhibicōne apl̄oꝝ aliud
ītelligi·apl̄i nō zelo iuſticie ſꝫ ama=
ritudinis odio ob iniuriam ſue ex=
pulſionis vindicandā ſamaritanos
igne voluerūt ↄſumē·dñs autē vo=
lens eos iniuriā ꝓprie pſone cū pa=
ciētia et gaudio tolerare·iniuriā ve
ro diuine ſuitutis nō multā relinq̄=
re ait·neſcitis cuius ſp̄s eſtis·Hic
etiā petrus q̄ cū alijs audierat·bti
eritis cū maledixerint vobis hoies
et pſecuti vos fuerit et dixerit om̄e
maluꝫ aduerſus vos gaudete in illa
die et exultate qm̄ merces vr̄a co
pioſa eſt ī celo contumelias ſibi illa
tas cū gaudio ſuſcipiebat·pc̄ta ve=
ro q̄ in deū cōmittebātur acerrime
puniebat·vñ ananiā ꝛ ſaphirā ſp̄ui
ſcō mentiētes mortis ſentētia pcu=
ſſit·Sic ec̄ paulus dū a ſuo ↄtēptu
pia ammonicōne et multimoda cō
mendacōne ſui corinthios reuoca=
ret magū illū elymā qui credituroſ
a fidē retrahebat cecitate pcuſſit ut
ceteri territi p̄dicacōem eis nō im=
pedirēt·ſꝫ in xp̄m credētes animi ce
citatē effugerēt·ꝛ corinthū illū fō
nicatorē q̄ in deū peccauerat ſatha
ne ad vexādū tradidit··Hinc ec̄
greḡ·ſcribit ianuario ep̄o·rephen=
dens eum ꝙ ob iniuriā ꝓprie pſone
quēdā excōicauerat dicēs **Pro iniuria ꝓpria ep̄o aliquē excōicarē nō lꝫ**
I Nter querelas multiplices iſi
dorus vir clariſſimus a frater
nitate tua fruſtra ſe excōicatū ana
thematizatūqꝫ ↄqueſtus eſt·qđ quā
obrē factū fuerit dū a clerico tuo
qui p̄ſens erat voluiſſemus addiſce
re·ꝓ nulla alia cā niſi ꝓ eo qđ te in
iuriauerat factuꝫ innotuit·que res
nos vehemēter afflixit qđ ſi ita ē nil
te cogitare de celeſtibꝫ oſtēdis·ſed
terrenā te hr̄e ↄuerſacōem ſignifi=
cas·dū ꝓ vindicta ꝓprie iniurie qđ
ſacris regulis ꝓhibetur maledicti=
onē anathematis inuexiſti·Vnde de
cetero om̄ino eſto circūſpect9 atqꝫ
ſollicitus·et talia cuiꝙ̃ ꝓ defenſiōe
ꝓprie iniurie inferre denuo non p̄ſu=
mas·Nā ſi tale aliquid feceris ī te
ſcias poſtea eſſe vindicādū·Hic
idem in omelijs oſtēdit ꝙ pc̄ta q̄ in
deū uł ꝓximū ↄmittūtur a nobiſ pu
niēda ſūt·ea vero q̄bꝫ ī nos delinq̄=
tur patiēter tolerāda vel poti9 diſſi
milāda ſūt ait **Valde offendit qui dominica debita impune in pace di mittit·**
S I is q̄ p̄latus ē dñico
debitori culpas impune dimit
tit nō mediocter ꝑfecto offendit q̄
debita celeſtis regis ꝛ dñi ſua p̄ſūp
tione reſoluit·Ea nāqꝫ q̄ ī nobis cō
mittūtur facile poſſum9 dimittere·
ea vero q̄ ī deū ſunt ↄmiſſa cū mag̃
diſcrecōne nec tñ ſine penitētia poſ
ſumus relaxare·Semel vero cul
pa remiſſa recidiuo dolore iterū ad
animū reuocari nō dꝫ·Vnde ge
laſius gerōtio iohanni germano et
petro epiſcopis·

iniuriam nobis factam tenemur dimittere·
m Iniuriā·id eſt rancorem·Sed iniuriam id eſt ſatiſfactionem in iuē
nō tenemur remittē·xc·di·ſi quis ↄtriſtat9·imo bene facit ꝙ ꝓſequi
tur iniuriā ſibi fa=
ctaꝫ ut·xlv·di·et
qui emēdat·et ſ·
·e·q·v·de occidē=
dis·nam publice
intereſt penas·nō
facile dimitti·vt
·C·de penis·ſi o=
peris ꝛ ſ·e·ē iniu
ſta·et·xlv·di·ſed
illud·ſic ergo per
pactum poſſumus
remittē in quātū
nr̄m ꝑuatū ↄmo=
dū tangit·ſed in=
quātū tangit con
modū alioꝝ non
poſſumus·vt·ff·
de pact·iur·gen·
·§·vl·et eſt ſimile
·lxiij·di·ſalomita=
ne ſic nec filiuſ p̄t
remittē id qđ de=
betur pr̄i·nec tu=
tor debitū pupilli
ut·C·de pact·pa=
ctū et·l·ſequenti·
nec p̄ſes debitū ci
uitatis·C·đ traſ=
ac·p̄ſes·ħ nūquid
ep̄us p̄t remittē
iniuriā illatā eccle
ſie vidr̄ ꝙ ſic quia
iniuriaꝝ actio nō
eſt in bonis nr̄is
añ liē·cōteſta·vt
·ff·de iniurijs·in=
iuriaꝝ·vnde ep̄s
p̄ter ↄſenſū capi=
tuli p̄t eā remittē
ar·extra de hijs·
que fi·a p̄la·cum
apl̄ica·cū em̄ ep̄s
ſit pater·vt·xcv·
di·eſto·et pr̄ poſ
ſit remittē iniuri
am factū filio·vt
·ff·đ iniur̄·ħ ſi v
n9·§·filioſa·ħ non
credo ꝙ poſſit ſo
lus ep̄us remittē
nam ep̄us pro curā
tor dr̄ ecc̄iaſticaꝝ
rerū·ut·xij·q·i·c
vl·vñ cū ſit ꝓcurā
tor ↄdicōnē ecc̄ie
nō p̄t facē deteri
orem·vt extra de
donac·c·ij·
n Sine penitentia·interiori·ſ·cor
dis ↄtricōne ſine
qua nulli datur ve
nia·ut·xxiij·q·ij·
legatur·et·ſ·e·eſt
iniuſta·et·l·di·ſi
quis diaconus·
habita erga cor=
dis ↄtricōne po=
teſt ſacerdos p̄tē
vel totū remittē
ſm̄ qualitatē pſo=
ne loci tp̄is·ut·x=
xvi·q·vij·de hijs·

S Ed illic vbi ſ acta ſūt·ibi eīn eſt cauſa agēda·vt·iij·q·vi·ibi·
b Supplicacōne·bñ dicit ſupplicacōe q: ſi nō p p̄ces·ſed ꝑpter pecuniā remittētur iniuria infamis eēt niſi ſ fieret auctē iudicis·vt ·ff·d hijs·qui no· infa· furti·§ pactus·

c Recidiuo·ar· ꝙ ex quo quis eſt abſolut9· vl' poſt q̄ penituit ꝙ amplius de illo crimine accuſari nō p̄t vt ex̄ de accuſac̄·de hijs criminibus·et·ij·q·i·ꝓhibentur· ſilr qui iurauit ſe nō accuſaturū aliquē non p̄t eū accuſare ut ex̄ de accuſac̄·veniens ſ; poſſit denūciare crimen ſuum·vt ex̄ de iureiur·queādmodum in fi·imo coīp̄o ꝙ dicit quis ſe nolle accuſare nō admittitur accuſās ·ff·de adult·ſi maritus·§·ſi negauerit· imo et tacite renūciat·q̄s accuſationi ſue ex̄ de hijs q̄ fi·a ma·p·c·ex ore·in fi· ex̄ de off·deleg·gratum hoc aūt ſcias ꝙ iniuria duobus modis tollit᷑·vel remiſſione ut hic vel diſſimulacōne et ſm ſ ſi iniuria illata eſt p metu; anno vtili aboletur·ut·ff·ꝙ met9 cā·ſi cū excepcōe ·§·i·ſi alio mō inferat᷑ tollit᷑ otinuo anno inſti· de iniur·i fi·C·d iniur·ſi nō ouicij·ſi aūt ſtati nō reuocat̄ iniuria ad animu; amplius agi nō p̄t·ut·ff· de iniur·non ſolū·§·i·

d Non patitur· de ſ agitur ꝗ· de pe·di·iiij·diuina clementia ⁊ ſ eſt ar· ꝙ poſt pniam nō debet quis accuſari· de ſ no·xxxiij·q·ij·ammonere·

e Tranſactū·iudicis auctē intelligas q: ſine eius auctē nō ſ; trāſigi ꝓ iniuria illata· ut·ff· de hijs qui no·infa·furti·

f Afflicti·id eſt iniuriati·

g Irremiſſibilis id eſt ſi non vult remittē iniuriam nō eīn cogitur ad ſ·ut notaui·s·c·ꝓxi·

## Iniuria cū ſemel remittit᷑ iterū reuocari nō debet.

S Ed illic vbi hec acta ſūt p̄ſentibꝫ vtriſq; ꝯſtiterit et ſatiſfeciſſe ſtephanū et ſupplicacōne ſuſcepta eū qui male tractatus eſt ignouiſſe ſemel in abolitione miſſa punitio recidiuo dolore nō debet iterari diuine ſm imitatione; clemētie q̄ dimiſſa pcta in ultione; rediē nō ꝑmittit·Sin vero nil vel de ſatiſfactōne ꝓbabitur·vel de remiſſione tranſactū dilcōnis vēe ſmōe mōſtretur·q̄timus ſiue nūc ſaltē poterit ꝯpetēs ſatiſfactō ꝑuenire·illd potius exerceatur ubi animū ſuaē poſſit afflicti·ſi vero irremiſſibilis ꝑſtat acerbitas ibide; nichilominus vindicetur ubi plectibilis orta ē p̄ſumptio· Sed obicitur illud ambroſij ad p̄ces helie ignis deſcendit de celo ut ꝓphe vidicaretur iniuria qd tunc intelligitur ſcm̄ qn̄ achab rex iſrahel poſt ſterilitatē illā trium annoꝝ et ſex menſiū q̄ facta eſt qn̄ p̄cibꝫ helie clauſū eſt celū annis tribus et menſibꝫ ſex·miſit duos quinquagenarios ad heliā qui dicerent ei·homo dei rex iſrahel vocat te·qui ait·ſi hō dei ſū deſcendat ignis d celo ⁊ ꝯſumat vos· et ſtatim deſcēdit ignis de celo et ꝯſūpſit eos·Quo facto nō cuius meriti apud deum eēt voluit oſtendere· ſ; ꝙ ille eēt verus deus quē colebat·non ille ad cuius culturā ſtupro ꝓprij corpis iezabel nōnullos ꝓuocabat euidentiſſimis iudicijs mōſtrare curauit· Iniuria vero ꝓphete nō alia q̄ꝫ iniuria domini ipius intelligitur q̄ in paucis vindicata ē ut ceteri terrerētur· Itē obicitur illud ſiluestri

## Apl'icus anathematizauit qui eū vel epiſcoporu; aliquē excōicauit

G Viliſarius patricius nr̄ mandauit me ad ſe venire pacifice ꝓ quibuſdā eccleſiaſticis diſpoſicōibꝫ in palaciū prīcipis·et ad primū et ad ſcdm velum retinuit oēm clerū et ꝓpl'm qui mecū veiebat ⁊ nullū ꝑmiſit itroire niſi me ſolū et vigiliū diaconē noſtrū me vero vi retēto ⁊ ante p̄dictū patriciū deducto miſerūt me in exiliū in quo ſuſtētor modo pane tribulationis ⁊ aqua anguſtie et tn̄ nō dimiſi nec dimitto ꝓp̄tea officiū meū ſ; cū ep̄is quos ꝯgregare potui eoſ qui talia erga me egerunt anathematizaui ⁊ vna cū illis·apl'ica auctē ſtatui nullū vnq̄ꝫ talit̄ decipiēdū ſicut deceptus ſum· ⁊ ſi aliquis deinceps ullū unq̄ꝫ epoꝝ taliter deceperit anathema maranatha fieret in ꝯſpectu dei et ſcōꝝ angelorum·Idē vigilio· Habeto itaq; cū hijs q̄ tibi ꝯſentiūt plene damnacōis ſententiā·ſublatūq; tibi nomē ⁊ mun9 miniſterij ſecerdotalis agnoſce ſancti ſpūs iudicio et apl'ica a nobis auctoritate dānatus· S; ⁊ hic nō ſua; ſ; ecc̄ie iniuriā ultus eſt· Nd aūt pctm populi in paucis puniendū ſit moiſes exēplo ſuo docuit·qui pctm idolatrie in paucos cultores vituli vindicauit·morte paucoꝝ expians pcta multoꝝ in pn̄s terrens·in poſterū diſciplinā ſanctiēs· Sic ⁊ ip̄e xp̄s pcta toti9 ꝓpl'i morte paucoꝝ puniuit dū ꝓ fornicacōe totius populi vna die vigintitria milia perierūt· Sic etiā ꝓ pcto murmuracōnis ul' tēptacōis nōnulli puniti ſūt· ut eoꝝ exēplo ceteri ad penitētiam cogerent᷑· Sic ⁊ quotidie nōnullos punit deus ut diuina ꝓuidētia etiā circa hūana vigilare ꝯgnoſcatur ⁊ nōnullos etiā p longa tp̄a ad penitētiā exſpectat ut patiētiā ſue benignitatis nobis oſtēdat· Sic etiam helias culturā baal vindicauit ſacerdotes et ꝓphetas eius interficiendo morte paucoꝝ expiās pcta imitantiū ꝓploꝝ· Nd vero pcta q̄ publicis iudicijs deſerūtur punienda non ſint illo exēplo ꝓbatur quo xp̄us q̄ iudā ſolus ſurē nouerat nō abiecisſe·ſ; patiēt᷑ tolleraſſe aſſerit᷑ Vn̄ ambro·ſup primā epl'a; ad corinth·

## Iudicis non eſt ſine accuſacōe dānare·

S I quis p̄tātem nō habet quē ſcit reū abicere vl'

h Preſtat·id eſt perſiſtit

i Sed obicitur·ꝯtra illud ꝙ nullus debet iniuriā ſuā vlciſci·

k Achab·ꝯfundit·hiſtoriā·non eīn achab miſit illos quinq̄genarios·ſed rex ochoſias·nec etiam illud ꝯtigit tp̄e achab ·ſed illud contigit ſub ozia· l Quo facto·ſoluit obiectionem·

G Viliſarius·mandauit·ſ mādare ponitur ꝓ rogare ſicut alias rogare ponitur ꝓ mandare·ut·xi·q·iij·rogo·

m Velum·id ē cameraā vel hoſtium

o Me vero·vi retēto·q̄ ſ mō includit clericū ſ; alio mō nō iniciat manꝰ in eū violētas ē excōicatus ut ex̄ de ſen·ex·cū deſid. res·in p̄te deciſa·

p Anathematizaui·s·e·c·inē·ꝯ ſ dic ꝙ ſ iniuria ꝯtingit ecc̄iam·ſ;·xiij·di·ſalonitane vel hic non erat ſuperior iudex·xl·di·ſi p̄pa p̄t tn̄ iudex corpale; inſligere penā ꝓ offenſa ſua·ut·xlv·di·et qui emēdat

q Maranatha· d: maranatha ad uētus dn̄i·ſi·xxiiij ·q·iij·§·ſed qui·id ē uſq; aduentū dn̄i ſit excōicatus ſuꝑple niſi penite at·ſic·xxvij·q·i·d v·dius·

r Habeto·ſacerdotalis·id eſt clericalis·ar· quod alicui auferatur qd nō hab;·vt·v·q·vi·quia iuſta·et· xxvij·q·ij·§·ex hijs oībꝫ·

